

Lcc.9. Proposito praemio exitum.

Ioan.6. Hugo.

99.

Cyprian. August. Beda.

Rupere. Caietan. Luc. Burg. Chrysof. Ammon. Cyrill. Leontius. Theophyl. Euthym.

D. Thom. Iansen. Maldonat. Cornel.

100.

August.

Galat.4.

August. Chrysof. Euthym. Theoph.

Genes.17. Ioan.7.

Angles. Fauent. Pitig.

Galat.4.

Athanas. Cyprian.

fed in tempore tentationis recedunt. Luc.8. n.13. Hi nimirum nomen discipuli Christi non merentur, cum fructum, ac finem discipuli non assequantur, aeternam scilicet vitam; & hoc hic apposuit Christus Dominus propter eos, qui crediderunt, sed cito recefferunt, de quibus Ioan.6. n.66. Et quia, ut ait Hugo, sciebat Dominus corda istorum debilia adhuc, ideo magna eis promittit, scilicet discipulatus honorem in presenti, & in futuro veritatis cognitionem.

Et cognoscetis veritatem. Promiserat Dominus perseverantibus in eius doctrina, quod fierent eius discipuli, nunc explicat duplici promissione, quam utilitatem eius discipuli assequantur. Primo cognoscetis veritatem. D. Cyprian. lib. de bono patientia, D. August. Beda hic hoc referunt ad cognitionem futuram in patria, in qua ait Aug. veritas cognoscitur non per sonantia verba, sed per lumen splendidem. Rupertus, Caietan. Lucas Burgenf. hoc referunt ad ampliorem cognitionem elongitam in die Pentecostes omnes Graeci, D. Chryf. Ammonius, D. Cyrill. in Carena Graeca, Leontius, Theophylact. Euthym. de ipso Christo sententiam interpretantur, ac si ipse dicat, cognoscetis me esse ipsam veritatem in vmbri, ac figuris legis veteris contentam. Aprius tamen ad Christi mentem explicandus est locus cum D. Thoma, Iansenio, Maldonato, Cornel. a Lapide, ac si dicat Christus. Si permanseritis in mea doctrina, per ipsam doctrinam, ac eius experientiam agnoscetis, & gustabitis illius veritatem, sinceritatem, ac puritatem, in nulloque vos esse deceptos iudicabit, sed plenissime omnia, quae de me credidistis esse vera agnoscetis.

Et veritas liberabit vos. Proponit Dominus secundam utilitatem provenientem ex eius doctrina, ac discipulatu. Libertatem nempe; quia ut ait D. Augustin. serm. 48. de verbis Domini secundum Ioan. Si non deleat veritas, deleat libertas. Hac doctrina Christi liberat, & ingeniosos nos facit, educens a statu servorum in statum filiorum adoptionis. At Galat. 4. n.5. Quae libertas tres libertates secum inuoluit, a peccati, legis veteris, & corruptionis servitute. Lex Evangelica liberat a peccato, de qua libertate principaliter hic locus intelligitur, ut docent D. Augustin. D. Chrysofom. Euthym. Theophylact. Nam licet in lege veteri daretur libertas a peccato, hoc tamen non fiebat remedio proprio ipsius legis veteris, seu Scripturae, sed per fidem Christi venturi, quae ab Adamo incepit tradi in posteros, imo & circumcisio non fuit propria legis scriptae, nam data fuit Abrahamo per quadringentos annos Genes. 17. num. 10. antequam lex daretur Moysi, & sic dicitur Ioan. 7. n. 22. Circumcisionem non fuisse ex Moysi, sed ex Patribus, ut obseruat Iosephus Angles in 4. dist. 3. art. vltim. concl. 3. Fauent. ib. d. 3. c. 3. n. 41. Pitig. in 4. dist. 1. q. 6. art. 9. & nos ad citatum Ioan. locum diximus cap. 14. At in lege gratiae datur libertas a peccato per propria Sacramenta ipsius legis. Secunda libertas est a iugo, ac onere legis veteris, quae servorum propria erat. In servitute generans. Ad Gal. 4. num. 22. a quo iugo nos Christus liberavit, ut ibi dicitur. Tertia libertas est a corruptione, ac morte, scilicet a mortalitate, illiusque miseriis, a quibus liberamur per resurrectionem, & gloriam, quam nobis Christus confert, ut praesentem textum interpretantur D. Athanas. serm. 3. contra Arium. D. Cyprianus libro de bono patientiae, tamen praecipua intelligentia est de libertate a peccato.

Verf. 33. Responderunt ei. Origenes, D. Chrysof. Theophylactus existimant fuisse illos, qui crediderunt. D. vero Augustin. tract. 41. & communiter Recentiores, alios fuisse asseuerant, erant enim omnes credentes, & non credentes permixti in illa turba; & solum a Iesu cogniti; quod autem haec responsio non fuisset credentium, sed rebellium ex eo patet, quia ipsum Iesum quaerebant occidere infra num. 37. & 40. quomodo enim tam subito mutati essent? Semen Abrahae sumus, maxime de tanto Progenitore gloriantur, quod apud eos erat praecipua nobilitas. Duo eis dixerat Dominus. Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Notabatur in eis ignorantia, & servitas, de ignorantia nil curant, ad tuendam tamen libertatem, ac nobilitatem profiliunt; sic sane ut notant Chrysofom. Leontius, Euthym. Theophyl. Multi Christiani, si de suis moribus arguantur, quod sunt improbi, impuri, maledici, dissimulant, & contemunt: at si eorum nobilitas, vel prosapia leuiter attingatur, tanquam feroces leones fremunt, ac irascuntur. Nemini unquam seruimus; Christus non de servitute, ac libertate ciuili, sed spirituali loquebatur, at ipsi temporalibus intenti de servitute ciuili intellexerunt: Animalis homo non percipit ea, quae sunt Spiritus Dei. 1. Corinth. 2. numer. 14. Nemini unquam seruimus. Tanquam mancipia vendita, de quo quaestione sequenti.

QUESTIO XII.

Quare Iudaei dicunt se nemini unquam seruisse, cum constet eos seruasse in Aegypto, & Babylonia?

Dico vnt Iudaei in praesenti, nemini unquam seruimus, & ratio difficultatis est in promptu, quia eorum patres in Aegypto seruiebant regibus, ut ait D. August. citandus non in auto, & argento, sed in luto facientes latera; vnde ait D. August. tract. 41. in Ioan. O ingrati quid est, quod assidue vobis imputat Deus, quod vos de domo seruitutis liberauerit? Exod. 13. num. 14. similiter a Babyloniis captiui eis seruiebant, quod etiam dici potest de tempore Iudicum, ab eis enim a diuersis rationibus fuerunt liberati, imo & Ioseph venditus est, ut aperte ex Scriptura constat, quomodo ergo dicunt se nemini unquam seruisse?

Respondent primò ad quaestionem Caietanus, Iansen. Tolet. Barrad. quod Iudaei in praesenti non loquuntur de suis parentibus, quia valde in confesso erat, quod ipsi in Aegypto, ac Babylonia seruierint; sed isti loquuntur de suismet personis, quia nunquam ipsi seruierant, & si sub potestate Romanorum erant, non tamen eorum erant serui, ac mancipia vendita, sed subditi dumtaxat parentes illorum imperio.

Secunda sententia, & valde communis Patrum, D. Chrysofomi, D. Augustin. Leontij, Bedae, Euthym. Theophylact. Ruperti, Alberti Magni, D. Thomae, D. Bonau. est eos falsum dixisse, ac mentitos esse, dum suum genus plus aequo volunt extollere, sic enim fieri solet, ut qui multum gloriantur, mendaces fiant, si autem eos Dominus demedacio no arguit, noluit eos statim multo rubore, ac

101. Origenes. Chrysof. Theophyl. August.

Homines non dolent si de viris arguantur, sed si de sua nobilitate

Chrysof. Leontius. Euthym. Theophyl.

1. Corinth. 2.

102. Ratio difficultatis. Augustin.

Exod. 13.

103. Caietan. Iansen. Tolet. Barrad.

104. Chrysof. August. Leont. Beda. Euthym. Theophyl. Rupert. Albert. Mag. D. Thom. Bonau.

VERSIONES.

105.

Explicatur ut verissimior secunda sententia.

Genes.9.

106.

Genes.24.

1. Reg. 17.

Vacuum est virtute, qui de maioribus se iactat.

Imperfect.

ac verecundia afficere, sed dissimulat, & inceptum sermonem prosequitur.

Hec secunda sententia mihi verissimior est. Primò propter communem consensum Patrum, secundò quia si Iudaei de suis personis tantum loquerentur, dixissent, nos nemini unquam seruimus, ac cum semen Abrahae commemorant; semen Abrahae sumus; ad suos parentes videntur extendere sermonem. Deinde Iudaeorum dictum in hoc videtur subsistere verum, quia licet eorum maiores fuerint subacti in Aegypto, & Babylonia nunquam fuerunt distracti, & venditi in seruos, & mancipia. Tandem si seruierunt in Aegypto, & Babylonia, hoc non ex eo fuit, quia essent serui natura, & conditione, sed vario casu: sicut si vir illustris bello in seruitutem redigatur, absolute ipse non dicitur seruus, cum non fuerit seruus natura, & conditione, sed fortuna, & casu, ac eius filij non dicuntur ex genere serui, sed libero; sic Iudaei se dicunt nunquam nemini seruire iure seruitutis, seque opponunt filiis Chanaan, qui maledictus seruus seruorum erit fratribus suis. Genes. 9. numero 25.

Preme id, quod dicunt: semen Abrahae sumus. loquebatur Christus de seruitute spirituali, scilicet peccati, non respondent ostendendo proprias virtutes, quibus a peccato essent liberi, sed confugiunt ad radicem sui generis, & ad gloriam sui parentis, sic saepe contigit ut qui vacuus est in se, valde inflatus est de suis maioribus, multumque in illis recensendis. Interrogata Rebecca ab Abrahami seruo quanam esset: Respondit. Filia sum Bathuelis, filij Melocha, quem peperit ipsi Machor. Genes. 24. n. 24. Non solum parentem, sed auum, ac atauum nominat. At David interrogatus a Saule, quis nam esset dixit. Filius serui tui Isai Bethlemite ego sum 1. Reg. 17. n. 58. Cur illa tanta est in referendis suis maioribus, David verò tam parcus: habebat David in manibus Goliath caput, simul cum illo gladio, quem a Gigante abstulerat, & qui tanto faciore irradiabat, non curat maiorem splendore, ac gloria, sed propriis factis nitere. At Rebecca hyariam tantum in manibus tenebat, & quae in se penè nihil habebat, maiorum gloria illustrari volebat, hoc enim solent homines facere frequenter, cum in se nil laudabile agnoscant. Imperfectus homil. 3. in Matth. Ipse, ait, se vacuum ab omnibus bonis actibus ostendit, qui gloriatur in patribus.

Ioan. 8. n. 34. Respondite eis Iesus: Amen, amen dico vobis, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati.

Num. 35. Seruus autem non manet in domo in aeternum: filius autem manet in aeternum.

Num. 36. Si ergo filius vos liberauerit, verè liberi eritis.

Num. 37. Scio quia filij Abrahae estis: sed quaeritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis.

Num. 38. Ego quod vidi apud Patrem meum loquor: & vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis.

Sylueira in Euang. Tom. IV.

Syriacus n. 35. Seruus autem non manet in aeternum in domo: filius vero in aeternum permanet.

Num. 36. Si ergo ipse filius asseruerit vos in libertatem, verè eritis filij ingenui.

Num. 37. Quaeritis me interficere, propterea quod sermone meo capiendi non sufficiatis.

Varablus. Quia sermo meus non habet locum in vobis.

Arabicus. Sermo meus non est firmus in vobis.

EXPOSITIO X.

RESPONDIT eis Iesus. Non ad primum, quod dixerant gloriantes se de semine, quod nemini unquam seruierant, sed explicat, de qua seruitute loquebatur, non de ciuili nempe, sed de spirituali scilicet peccati, ut adnotarunt Chrysofom. Theophylact. Euthymius.

Amen, amen dico vobis, Haec vocis geminatio superlatiuum est apud Hebraeos, & ponitur pro re verissima. Et ut ait D. August. tract. 41. Multum commendat, quod ita pronuntiat, & si dici fas est, iuratio eius est; & haec voce etiam vitur ut eos attentiores faciat. Quia omnis. Id est nullum excipio, etiam si filius sit Abrahae, vel non, etiam si nulli unquam hominum seruierit, qui, & videtur alludere ad id, quod dixerant, nemini unquam seruimus. Omnis qui facit peccatum, id est qui committit peccatum siue internum, siue externum; sermo est de peccato mortali, nam hoc absolute, & simpliciter dicitur peccatum, vnde non est sermo, ut ait Carhus. de peccato veniali, quia hoc non tollit charitatis libertatem; seruus est peccati. Peccando subicitur homo peccato, a quo non potest se expedire, nisi adit diuina gratia. Nota quod Christus cum multa prudentia, ac modestia loquitur in genere, ac in tertia persona, cum posset dicere, vos estis serui peccati, sed noluit eos ita nominatim verecundia afficere: quo loquendi modo etiam videntur Paulus. Rom. 6. num. 14. & Petrus 2. Epist. cap. 2. n. 19. Et Salamon Proverb. 5. n. 22. Iniquitates sua capiunt impium, & funibus peccatorum suorum constringitur.

Seruus autem. Dixerat Dominus, qui facit peccatum, seruus est peccati. Nunc explicat huius seruitutis grauissimam poenam, quam Theologi poenam vocant damni: Non manet in domo in aeternum. Et est sensus; seruus non habet ius manendi semper in domo heri, id est, ut interpretantur D. August. Beda, D. Thom. in Ecclesia Dei, quia licet pro aliquo tempore sit de populo Dei, tamen post mortem, ut explicat D. Cyrillus, eicitur in tenebras exteriores gehennae. Filius autem manet in aeternum, hoc est semper manet apud Deum patrem in sua Ecclesia; in hac vita, in Ecclesia militanti, in altera in triumphante. Similitudo autem stat in hoc, quod apud Iudaeos post septem annos, iubilaei nempe anno serui dimittebantur liberi. Exod. 21. numero 2. Denteron. 15. numero 12.

CC 2 &

& apud alias nationes serui venundantur, & passim de domo in domum traferunt, analogia stat in eo, quod plerumque fieri solet; at filius tanquam hæres semper retinet sui Patris domum.

109. Si ergo vos peccati estis serui, utpote origine ex Adamo exorti, vos filius liberauerit. Si ergo natura filius Dei, omnium peccatorum remissionem faciens, de se per tertiam personam loquitur, dans gratiam, & auxilia ad expurganda, ac superanda peccata, vere liberi eritis. Id est verè, perfectè, ac solidè. Et duo hoc verbum videtur hic denotare, vnum, libertatem, nempe ex Abrahamo, vel Moyses, de qua ipsi multum gloriabantur veram non esse, vt in præfenti ponderant Chrysofom. D. Cyrill. S. Thom. D. Bonau. & alij; alterum eos non posse alia ratione veram obtinere libertatem, nisi eos filius Dei ipse Iesus Christus omnium redemptor liberauerit; ipse enim solum habet ius liberandi, alij enim omnes sunt serui, & solum per ipsum liberantur.

Chrysof. Cyrill. D. Thom. Bonauent.

110. Scio quia filij Abrahæ estis. Duo dixerunt Iudæi verè. Semen Abrahæ sumus, nemini unquam seruimus. De seruitute hæc Dominus egit, eos verè seruos ostendens, vt notant Rupertus, Albertus Magnus, cum sub peccato essent venundati, nunc verò eorum gloriationem de nobilitate Abrahæ patris refutat. Scio quia filij Abrahæ estis. Vos nempe agnosco originem habere secundum carnem ab Abrahamo, & vt notant D. Chrysof. Theodorus Heracleotes, Leontius, Euthymius, Theophylactus, & non statim in eos inuehitur, sed prius eis blanditur, ac eos demulcet, dicens eos a se cognosco filios Abrahæ, & postea eorum vitia aliena ab Abrahamo arguit. D. Chrysofom. Placide, & pedetentim eos ab Abrahæ cognitione abscindens. Et subdit: sed queritis me interficere. Quod valde alienum est à filiis Abrahæ; quia sermo meus non capit in vobis. Non habet locum in vobis, nec illum intelligitis, nec percipitis, vt illi subditi sitis, & obediat. Ac prinde totus sensus est, fateor vos ab Abrahamo originem trahere, sed cum me vultis occidere, quia veritatem dico, facti estis Abrahamo degeneres.

Rupertus. Alb. Mago.

Chrysof. Theodor. Leont. Euthym. Theophyl.

111. Ego quod vidi. Assignat Christus Dominus rationem, cur Iudæi eum querant interficere, ac sua doctrina in eis non capiat. Vidi apud Patrem loquor: tota nempe mea doctrina, ac sermo est celestis, & diuinus. Nam ego ea loquor, & prædico, quæ apud Deum Patrem vidi, sicque hoc sermone, vt obseruatur D. August. Beda, D. Thom. Toletus, suam diuinitatem declarat, quod cum filius Dei sit apud Patre semper existens, in essentia diuina, vna cum Patre omnia videat, & quæcumque etiam, vt homo loquitur in ipsa essentia diuina, per scientiam creatam videt, & intuetur; & quamuis semper videat in Patre, de præterito tamen loquitur, vidit, vt humano mori se accommodet, humanæque infirmitati condescendat, Et vos que vidistis. Aliqui codices Græci habent. Audistis. Sed idem est sensus vt notant Apollinarius, & Theophylactus. nam idem valent audire, & videre, vtrumque enim significat cognoscere, ac scire: Vidistis apud Patrem vestrum, Non quod Iudæi viderint Diabolum, sed quod ipso instigante viderint peccata, in quibus Diabolus, eiusque malitia exprimitur, ac significatur.

August. Beda. D. Thom. Tolet.

Apollinar. Theoph.

Facitis. Dum me queritis interficere, meamque doctrinam reprobatis.

\* \* \*

QUESTIO VIII.

Quare peccans dicitur peccati seruus?

RESPONDEO primò ex mente D. August. citandi tract. 41. D. Gregorius lib. 4. Moral. cap. 42. & lib. 25. cap. 20. Theophylactus. Alberti Magni, D. Thomæ, D. Bonau. Tolet. ac aliorum; Seruitus ista in hoc stat, quod à peccato commisso nullus homo suis viribus se possit liberare; quamuis enim peccati actio, illiusque comes delectatio facillè habeantur, macula tamen peccati remanet infixæ in anima, tanquam stigma in fronte serui, ratione cuius homo constituitur, ac agnoscitur à Deo, vt exofus, iniusus, inimicus, ac peccator. Remanet etiam reatus æternæ poenæ, nam per peccatum homo illius afficitur dignus, remanet etiam continuus conscientie stimulus, & morsus, quo peccatoris animus per singula momenta diu, noctuque premitur, ac torquetur, hisque tanquam quibusdam vinculis miser homo vt captiuus, & seruus astrictus tenetur, ab illisque minimè suis viribus se valet eripere, quam seruitutem explicans D. Augustin. citatus, exclamans ait: O miserabilis seruitus, seruus hominis aliquando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo quiescit: seruus peccati quo fugit: secum se trahit quocumque fugerit. Non fugit seipsum mala conscientia, non est quo eam sequitur se, imò non recedit à se, peccatum enim quod facit, intus est. Hoc durum iugum peccati solum potest homo excutere à se Dei gratia, & auxilio, quo excitatur ad contritionem, & penitentiam, qua ex seruo peccati fit filius Dei adoptiuus.

112. August. Gregot. Theophyl. Alb. Magn. D. Thom. Bonauent. Tolet.

Peccator vt seruus astrictus dicitur peccati macula, veni tu poena, & morsu conscientie.

Secundò. D. Hieron. in cap. 2. Ierem. num. 14. Nunquid seruus est Israel; sic ait, Nesciebam quod amnis, qui facit peccatum, seruus peccati sit: & seruiat vnusquisque ei à quo vincitur. Nati ergo de amico Dei Abraham; vitio suo facti sunt quasi filij Cham, cui dictum est, maledictus Chanaan, seruus erit fratribus suis. Cum homo à peccato sit deuictus, ac prostratus, hinc fit vt illius seruus efficiatur, nam vt ait D. Petrus Epist. 2. c. 2. n. 19. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Hoc est in seruitutem addictus est. Hinc mancipium dictum est quasi manu captum in bello, & seruus quasi seruatus ab hoste, vt ait D. August. lib. 19. ciuit. cap. 15. Iure enim sic inducta est seruitus, dum victores hostibus bello captis, quos occidere poterant vitam condonarunt, necemque in seruitutem commutarunt, vt docet Iust. In instit. de iure pers. l. 4. §. 1. Vnde cit. loc. Petri sic legit D. August. A quo enim quis deuictus est, huius & seruus addictus est.

113. Hieron. Ierem. 2.

Homo seruus peccati, à quo est uictus. 2. Petri. 2.

Augustin.

Iustina.

Tertiò. Vnum peccatum semel admissum semper sollicitat, ac instigat hominem ad noua peccata committenda, nec facillè valet homo ei resistere, quin moueatur ad imperium peccati tanquam Domini sui contra rationem, tanta est enim debilitas hominis per peccatum, vt facillè succumbat nouis peccatis, tanquam vinculis quibusdam detentus, & peccato tanquam domino suo traditus, vt ei seruiat, & obediat, sic ait Paulus Rom. 7. n. 14. Carnalis sum venditus sub peccato. Syr. Venditur peccato. Vendere iuxta radicem Hebraicam tradere significat, quod enim venditur, traditur ementi tanquam domino, vt ei seruiat. Et confirmatur totus discursus ex eodem Paulo citato loco num. 8. vbi ait: occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Hoc

114.

Homo vt seruus peccati multis peccatis succumbit.

Rom. 7. Syriacus.

Anselm.

Hoc est, vt explicat D. Anselm. vno peccato admisso concupiscentia, ac fomes peccati, quasi sopitus, vt canis dormiens, occasione legis sibi aduersa per suum mandatum excitatus, & irritatus exarsit in omnes prauos motus, scilicet superbia, gula, & cæterorum vitiorum.

115. Ambros.

Peccator sub dura seruitute peccati.

Quartò. D. Ambros. lib. de Ioseph cap. 4. seruile, ait, est omne peccatum libera innocentia, quomodo enim non seruus omnis auarus; qui pro exiguo pecunie lucello seipsum auctionatur? quomodo non & ille seruus, qui subditus est libidini? Primum suis ardet incendiis, & peccati sui facibus exurit, suscipit omnes natus; & insidiatur somnis singulorum, vt vnus cupiditate potiarur, fit seruus omnium. Seruit igitur, ac miseram quidem seruitutem, qui ipse sibi dominos facit, ipse vult habere, quos timeat. Per peccatum valde rigidam, & duram seruitutem habet homo, omnes in se suscipit timores, vigilias amplectitur, labores, ac molestias non refugit, se multis tanquam dominis submitit, vt vnus cupiditate potiarur, ac iucundetur, sicque miser, vt suis vitiis subsequatur, ex Domino fit seruus.

119. Septuaginta. Genes. 39.

Peccator à dominatu cadit.

Iuxta Septuag. Iniecit vxor Domini sui oculos in Ioseph. Genes. 30. num. 7. & iterum Dixit uxori Domini sui, num. 8. Vxor viri priuilegio gaudet, si maritus Dominus, etiam & illa domina erat, cur ergo non domina, sed vxor Domini dicitur? Putiphar cum libidine luxuriæ non esset infectus, Dominus nuncupatur; At illa quomodo domina esset dicenda, quæ adulterij inuaditione à dominatu ceciderat, ac peccato seruiat? D. Ambros. lib. de Ioseph. cap. 5. Rele, inquit, vxor domini, non ipsa domina dicitur: nam quomodo domina, que dominandi non habebat officium que disciplinam domina non tenebat, ille Dominus, qui amantis non excepit faces, &c.

117.

Num. 11.

Peccator à sua conditione pellitur in rem seruorum.

Novation.

Cum Israel pergeret per desertum clamat populus contra Dominum, recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia, anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man. Num. 11. n. 5. Cur qui Angelorum pane recreabantur tam affectuose cupiunt escas, quibus in Ægypto sub Pharaonis iugo utebantur? Manna cibus filiorum, utpote panis Angelorum. Porri, cepe, & allia, & similia eiusdem generis, quibus in Ægypto vescabantur, propria extabant seruatorum alimenta; Cum autem Israelitæ per suam concupiscentiam, à filiorum iure in seruorum conditionem cecidissent, inde eorum seruitute impellente, filiorum escas respiciunt, & seruorum tantum concupiscunt. Novatianus Epistol. de cibis Iudaicis cap. 4. apud Tertull. Diuini Manna epulis vilissimos Ægyptiorum cibos præferre ausi sunt, carnes inuoluntas inimicorum, atque dominorum ante libertatem ponentes, digni sanè, quos optata seruitus saginaret, quibus malè displicuit, & melior, & liber cibus.

QUESTIO XIV.

Quare Christus ait, Sermo meus non capit in vobis; scilicet Phariseis?

118. Theophyl.

THEOPHYLACTVS in præfenti: Sermo meus non capit in vobis. Sermo meus ait, sublimior est vestra cogitatione, & à vobis capi nequit. Sed quamuis valde sublimis esset Christi doctrina, tamen si Iudæi piùm exhiberent in Euang. Tom. IV.

buissent animum, ac beneuolum affectum erga Christum deposita malevolentia, ab ipso illuminarentur, vt depulsa tenebrarum caligine ex monte verba eius perciperent.

Secundò. D. Augustinus tract. 42. Sermo meus, ait, non capit in vobis; si sermo meus caperetur, caperet; si caperemini, inter retia fidei tanquam pisces concluderemini. Quid est ergo non capit in vobis? Non capit cor vestrum, quia non recipitur à corde vestro. Sic enim est sermo Dei, & sic esse debet fidelibus, tanquam pisci hamus; tunc capit, quando capitur. Expende vltima verba, tunc capit, quando capitur. Tunc enim sermo Dei capit in aliquo, quando aliquem ingreditur, eiusque cor penetrat, & tunc capitur verbum, quando ab homine tenetur, ac ab illo inter se continetur, nec enim fat est, vt quis verbum sono tantum auribus excipiat, sed in cor, ac intima viscera transmittendum est, vt ab illo hominis viscera confingantur, ac moueantur; quemadmodum enim piscis in visceribus trahit hamum, per hamumque ex pelago in litus extrahitur: sic bonus verbi auditor inter viscera sua trahit Dei verbum, per illudque tanquam per hamum ex læthali peccati profundo in præiucundum gratia litus transmittitur.

119. August.

Sermone Dei suscepto ex peccator ducimur in vitæ.

Tertiò. D. Chrysofom. homil. 53. Non dixit, ait, non capitis sermonem, sed sermo meus non capit in vobis, ad doctrinæ magnitudinem significandam: vt explicatur in margine S. Doctoris, ac etiam habet Beda non in vobis, hoc est non habet locum in vobis. Vnde Syriacus legit: sermoni meo capiendo non sufficitis. Acti dicat Christus, quod sermo meus non capit in vobis, vestra quidem hæc, & non mea culpa est. Corda enim vestra plena sunt inuidia, & odio mei, vt sermo meus nequeat in illis recipi, sed reiciatur: quemadmodum cibus stomacho vitiosis pleno non valet excipi, sed euomitur, est enim metaphora sumpta à simili huiusmodi re, expurgandus est animus à vitiis, vt illum Christi sermo penetrat, quod etiam Gentilis Seneca de sapientia asseruit. Epistol. 88. Magna, & spatioiosa res est sapientia vacuo illi locus opus est. Et post nonnulla ait: Hæc tam multa, & tam magna vt habere possit liberum hospitium, superuacua ex animo tollenda sunt. Non dabit se in has angustias virtus: laxum spatium res magna desiderat: expellantur omnia: totum pelus illi vacet.

120. Chrysof.

Beda. Syriacus.

Vt sermo Dei suscipiatur, cor à peccatis euacuandum.

Inclinam cor meum ad faciendas iustificationes tuas, ait Psalmista 118. num. 112. opposito verba legit D. Hilarius. Declinam cor meum, qui se inclinam appropinquat, ac accedit; qui verò declinat, recedit, ac se retrorsum reflectit; quomodo ergo vtraque lectio subsistit; optimè, sanè vna alteram explicat, qui se enim inclinam, ac admoget ad faciendas Dei iustificationes, eiusque mandata adimplenda, necesse est, vt à se, suisque vitiis, ac concupiscentis declinat, ac recedat, vt his euacuatus aptum vas redatur Dei præcepta capienda, ac suscipienda. Citatus D. Hilarius. Cor suum ipse declinat, ait, & ex natura humane peccatis in obedientiam Dei inflectit. Natura quidem, & origo carnis sue cum detinebat: sed voluntas, & religio cor eius ex eo, in quo manebat originis vitio ad iustificationum opera declinat.

121. Psalm. 118.

Abiice peccata ut præpares animam ad Dei doctrinam. Hilarius.

A sinibus terra ad te clamaui, dum anxietur cor meum. Idem regius vates. Psalm. 60. num. 2. Nunquid David aliquando accessit ad Indos, vel ad nostros Lusitanos; nunquam ipse legitur egressus ex Iudæa, quæ in medio terræ consistit.

221. Psalm. 69.